IN DEI NOMINE AMEN

Per hoc publicum instrumentum cuntis pateat & euidenter sit notum q Anno a Natiuitate Domini Millessimo, quingen
tessimo septuagessimo, Nono, Die vero Secunda Mensis Februarij. In mei Notarij publici Appostolici testium quæ infra Scripto
rum presentia personaliter constitus IVLIANVS ATORES DE LVQVE Oppido de ANTIQVA
RIA, Diocesis Malacitanensis, In hac celeberrima Granatensi Vniuersitate, in preclara Artium, ac Philosophiæ facultate
studens quem sue vite laudabilis & bone fame multiplicia comprobant testimonia fide digna cupiens & afectans post mul
ta temporum curricula quibus in prefata facultate indeffesse insudauit, cursibus suis peractis sufficientia aprobata per tres
predicte Vniuersitatis examinatores videlicet perquam Reuerendos Dominos Doctorem Ferdinandum de Galuez & Magis
tros Ioannem Ramirez de Aguilera & Petrum de Ciguença, Sub quibus rigurosum examen subierat ad gradum BA
CALAVREATVS, merito sublimari. hora igitur post Meridiem. Quarta in Teatro Collegij Regalis dicte
Vniuersitatis sub disciplina Reuerendi Magistri LVDOVICI ARAIA, DE BIEDMA Cathe
dram Philosoforum Regentis Prius oratione (vt moris est) habita coram Illustrissimo ac Reuerendissimo Domino. D. IOANNE ME
DEZ DE SALVATIERA Sancte Ecclesiæ Granatensis Archiepiscopo & prefate Vniuersitatis Protectore Ac Reueren
dissimis Dominis. D. Bernardino de Manrrique, dicte Ecclesie de Cano. & D. Andrea De Vilches Pacheco dicte Vniuersitatis Rectio
re alliisq multis Doctoribus & Magistris, ac Scholasticis eundem actum de corantibus Bachalaureatus gradum in Artibus & Philosophia, ac predicto
Reuerendo Magistro LVDVVICO ARAIA DE BIEDMA, Recepit & alumpsit in cuius rei testimonium petijt sibi per me infra scri
ptum Notarium Publicum instrumentum. Dari Granate Diæ Mense & testibus quibus Supra.

1579.

Et ego Bll.s Alfonsus De Toledo Claustri et studij
generalis Granatensis Vniuersitatis Secretarius
quia premissis omnibus interfui Ideo hoc presens
publicum Instrumentum suscepi et signo meo
solito signaui rogatus In fidem veritatis

Bachalaureus Alfonsus
De Toledo Secret.s

1579